

*Thymus Zygis* floribus verticillato-spicatis, caule suffruticoso, foliis linearibus basi ciliatis.

*Prunella lusitanica*, bracteis pinnatim dentatis ciliatis.

*Antirrhinum molle*.

*Antirrhinum hirtum* caule simplici, foliis lanceolatis hirsutis alternis, floribus spicatis. Calycis foliolum dorsale reliquis duplo latius longiusque, an *Linaria genistæ* folio. *C. Baub.*

*Antirrhinum bipunctatum*, foliis linearibus planiusculis, floribus subsessilibus subspicatis; an *Linaria* foliis carnosissimis cinereis. *C. Baub.*

*Antirrhinum sparTEAM* foliis lineari-filiformibus succulentis, floribus raris pedicellatis; an *Linaria vulgaris* lutea, flore minore. *C. Baub.*

*Scrophularia auriculata*, foliis cordato-oblongis basi appendiculatis, racemis terminalibus. *Scrophularia aquatica septentrionalium. Lob.* Certissimum quod folia omnia basi quasi auriculata sint, nec confundi posse cum ramulorum rudimentis; ad aquas habitat.

*Scrophularia canina.*

*Biscutella didyma.*

*Alyssum incarnum.*

*Myagrum sativum*, sed folia semper hic hirsuta.

*Cheiranthus fruticulosus*, foliis linearibus subsinuatis, floribus sessilibus, caule suffruticoso. *Leucojum* minus brevioris folio, obsoleto flore. *Barrel. ic. 999.*

*Cheiranthus trilobus* caulibus declinatis, foliis linearibus integerrimis. Differt a *Leucojo marino* minori. *Clus. hisp. 333*, quod sit herbaceus, annuus, caulibus declinatis minus ramosis, florum colore saturate & pulcherrime purpureo-cæruleo.

*Raphanus* siliquis torosis striatis. Dum viridis est & crescit siliquæ glabræ sunt subtorosæ; exsiccatus mox manifeste moniliformes, striatæ.

*Sisymbrium arenosum*, foliis radicalibus interrupte pinnatis hispidis, siliquis teretibus glabris, stylo ancipiti; an *Eruca cærulea* in arenosis crescens. *Baub. pin. 99.* sed flos pallide flavus cum venis purpureis.

*Sisymbrium arenosum*, foliis radicalibus pinnatis: pinnis retroflexis, caulibus ramosis filiformibus, siliquis subtorosis; an *Eruca viminea iberidis* folio, flore luteo. *Barr. ic. 131.* sed flos est sat magnus.

*Sisymb-*